

1535 ultima Februarij.


Petrus Tomicki Episcopus Cra:  
coviensis.

Petro Kmita de Visnicze Castel:  
lano, Marsalco Regni, Craoviensi,  
Scepusiensi, Colensi, Premisliensi  
Capitaneo.

86

Magnifice domine amice charis:  
sime, et honorande. Allatum est ad  
me uno mense, et eo diutius Detentum  
fuisse a domino Scheredi Caspar, ci  
vem quendam mercatorem Craoviens:  
sem Erasnum Carlawicz, cum ope ma:  
gnificentie dominationis vestre libera:  
tum esse tandem, sed ea lege, ut quar:  
to decimo die, quam festum Paschatis  
fuerit celebratum Dominus Pater Da:  
niel Consul Craoviensis, cujus causa  
subditi Majestatis Regiae a domino  
Scheredi Caspare detineri consueve:  
runt in Oppido Bartphensi se se si:  
steret, ut ibi controversia, quae est  
inter eum, et domini Scheredi cogno:  
sceretur. Nisi id factum esset, tum  
idem Erasnum Carlawicz, qui fuit non  
ita pridem insons Detentus, et epus  
rei, quae aliena culpa contracta est,  
penas luere coactus in eundem in quo  
fuit paulo ante Detentus, locum

reverti



reverti teneretur, atque De fortunis  
suis omnibus ingens in Discrimen ve:  
nire. Quae res cum mihi cum summa  
illius injuria conjuncta videatur, rogo  
Magnificentiam Dominationem Ve:  
stram, ut extrema cum primis conte:  
stat, et quemadmodum pro sua huma:  
nitate liberandi illius author fuit,  
ita ne in eandem servitutem insons  
recidat, auctoritatem quoque suam  
interponat, illudque omni ratione ef:  
ficiat, ut pater Daniel, quem vibi  
mille aureos debere Scheredi Caspar  
affirmat, loco et tempore constitu:  
tis se sistat, causamque eam, qua  
est inter eum, et Dominium Scheredi,  
judicium sententis permittat. Muto e:  
nim satius est, ut semel iudicio res  
transigatur, q̄ ut De fortunis suis  
alij mercatores, nullius plane cul:  
pa affines toties in Dubium venire  
cogantur. Factura est Dominiatio Ve:  
stra Magnifica rem et sua dignitate  
atque officio dignam, et a me omni  
officio meo vicissim referendam. Vai:  
leat et sit felix Vra Magnificentia,  
meque habeat sibi charum, et commen:  
datum. Datum in Arce nostra Bodzan:  
crinensi Die ultima Februarij. A<sup>o</sup> 1535. P